



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

25. Quousque sceptrum in Frisia durauerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

Quousque sceptrum in Frisia durauerit.

CItati initio præcedentis dissertationis Authores & Chronica vulgaria Frisiae, post deuictum à Carolo Martello Radbodus anno 719. vt postea videritur, tres aut quatuor succedaneos Frisiæ Reges enumerant, ut mox vidimus.

Verum ego sentio Radbodo per Martellum interempto Regalem dignitatem in Frisia commortuam. Tum namque Frisorū vites, quæ antea viuente Radbodo per Pipinum & filium Martellum non parū erant accisæ, adeo detritæ sunt, vt Regiæ dignitati pro æquo sustentandæ non sufficerint: insecuræ statim grauissimæ Aquilonarium deuastationes, non modo eam resumere non sinerint, sed insuper exterritorum Regum Nortmannorum iugum pati coegerint nimis præter liberi & bellatoris populi sententiā. Suffragatur nobis Hermannus Contractus/ fuit is Illustris Wolferadi Comitis Veringensis Frater anno 1050) his verbis: Anno 729. *Carlus natali evectione regnum Frisonum ingreditur, imperfectissimè plurimis Popponem Ducem eorum interemit, subuersissimè lucis, famus, victor cum magna prædi reuertitur.* Eadem plane verba habent vetustissimi Annales Pythœni. Quod Regnum usitato hactenus vocabulo vocent, Regem non nominent, imo Popponē (qui filius Radbodi à nonnullis habetur) Ducem tantum, indicio est iam Dignitatem Regiæ cessare coepisse, aut quasi suspensam hæsisse. Cur enim in prælio, in patriæ summo discrimine non compareret rex? cur non audiretur rex, sicuti ante? Cur nulla actio, nulla tractatio, nullus regis status describitur? An à parente adeo degener otiosus aut formidolosus latuit in tanta regni perturbatione? Nec deinceps apud ullum antiquum Clasicum Scriptorē Frisiae

ſtæ dōesticus Rex reperitur. Authores initio citatos, Chro-
nica vernacula quæ indoctæ plebis manu teruntur, non se-
quimur. De his Janus Dousa iudicio nostro omnino sub-
ſcribens ita enuntiat: *Adgillus Radbodi filius ac Regni successor,
Gondobaldus N. pos. & e. met. a ſunt febricitantium ſomnia, quos equidē
nec natos unquam nec denatos fuſſe ut credim animus induci potest.
Eos proinde cum Scarlensi & Architectonibus suis in Fostelandiam ſi-
ue in Vtopiam potius delegandos cenſeo.*

Non ſoli Frisiæ ea versarunt fatorū licia. Austrasię reg-
num per 150. & amplius annos, vigens deſiſt anno 667. Lo-
tharingiæ ampliſſimum à Lothario ſecundo primi Lotha-
rij filio anno 855 conditum, intra primum centenariū cor-
ruit. Burgundię antiquiſſimum inchoatum ſtatim poſt ann.
400. multo tēpore florentiſſimum, tandem minui, diuidi,
ac poſtremò poſt annum 800. plane interire. Sic Monarchia
Persica, Medorum, Assyriorum, Grēca, Rōmana, interneci-
oni ſunt datæ; ſimile ſpectatiffimis Provincijs & familijs e-
uenit. Ne foras peregrinemur, Domus Burgundica per plu-
rimos annos ſumma potentia, & opima pace viguit immē-
ſo ſuo ſplendore totius Europæ ditiones obnubilans: ter-
rori erat Italię, Germanię, Francię, Hispanię. Sed quam
diuſtaſcultemus Philippum Cominę virum Patrium
equeſtris ordinis totius tragediæ inspectorem: *Burgundicus,*
inquit, populus (cōple)abatur ille Belgas, lōgē florētissimus fuit,
sub tribus ordine Principibus optimis & pientiſſimis viris ſupra 120
annos. tandem verò Deus excitauit ijs Carolum (Pugnacē) qui con-
tinuis bellis, laboribus atq; ſumptibus eos exercuit, defatigauit & ex-
bauit, hyeme praesertim. Ante Noideſum autem factum fuit initium
calamitatum, quæ deinde tribus aut quatuor aduersis prelijs durarunt
donec interficeretur. Quo quidem tempore ſic erat debilitatum omne
*ipſius robur atque potentia, ut omnes, in quibus auta liqua facultas e-
rat, aut voluntas praeclara, vel mortui eſſent, vel capti vel grauer*
affli-

88 DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
afflicti. Vidi equidem & cognitam habeo potissimum Europe partem,
sed florentiorem nullam noni Provinciam, quam erant ha Caroli di-
tiones, quo tempore in ys vixi. nunc ecce Deus tam insignem & po-
tentem familiam ac Clarissimorum virorum Domicilium, nostro orbe
cetererrimum & honoratissimum per 100. & eoplures annos, breui
temporis puncto plane subuertit. Quum reliqui omnes circum populi
diuexarentur bellis aliisq; incommodis, bac sola domus felicissima
semper fuit, ita quidem, ut externi multi Principes ad eam veluti in
opportunitissimum portum è fluctibus & tempestate se recipere nt. Lu-
douicus Rex Adolescens cum à Patre suo dissideret, ad Philippum Ca-
roli Patrem sese contulit honorifice admodum & amanter ab eo per sex
annos habitus. Eduardi Anglia Regis ambo Fratres, Clarentius &
Glocestrius, & è Lancastrijs multirebus aduersis opem & patrocinium
ab hac domo petierunt. Breuiter ingens fuit eius familia splendor &
gloria & ecce nunc miserabiliter est afflcta, sic ut vicinis omnibus
exemplo esse possit. Est nimurum Deus, a quo salus regnorum omniū
& incrementum & occasus & initia dependent. Hæc Cominçus
comment. lib. 7.

Contemplor diuinum Numen sceptri Frisici interitūcla-
desque obstinato populo per Austrasianos illatas, siue per-
misisse, siue ordinasse in præparamentum facilitioris aditus
Euangelicæ veritatis. Excelsi montes, aridi, saxezi, infru-
giferi sunt: valles roridæ, abundantes frumento. Saxones
gens ferox & valida Christi peruicaciter respuebat, ast post
33 annorum continua bella per Carolum humiliati, abieci-
to demonum cultu & relictis patriæ cæmonijs, Christianæ
fidei atque religionis Sacra menta receperunt. Teste Gre-
gorio Turonensi lib. 2, cap. 31. Sanctus Remigius Archie-
piscopus Rhemensis Clodoueo Francorum Regi aquam
baptismalem suscep tuero dixit: Depone mitis colla Sicam-
ber. Deus superbis resistit, humiliatis præparat gratiam.

D I S S E R.